



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Alfervs Abb. 12. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

signibus , cœnobium sui vatis monumento superstruxit, in quo corpus ejus quiescenti quam mortuo similius inventum est. Ex Sur. & Lipp.

Necesse est, ut illic dentibus strideant, qui hinc edacitatem gaudebant: illic ab iis irremediabiliter plangitur, à quibus hinc voluptuosè ridetur; qui que hic olfacti nidores aromatum, illic eos sulphureus fator excruciat, & tetra picei sumi caligo circumdat. S. Dam. l. 8. ep. 6.

S. A L F E R V S A B B . 12. Aprilis.

PATRIA ALFERO Salernum, schola Principis idlic aula fuit. Ex hac ad regem Germanorum Legatus feliciter è viâ aberravit, & ad Regem Regum in cœnobium Cluniacense deflexit. Inde melior jam ad patriam Legatus monachis illic præfuit, & Cavense Asceterium condidit. Ibi malum dæmonis invidiâ ex altissimo monte præceps dejectus, risit incolam veteratorem, altius olim nec tam impunè cadentem. Incolam saxo obtritum à sociis in oratorio suo id noctis voluit deponi; mane deinde vespillonibus funus querentibus hominem restitit. Quina ova cum essent, sed septem hospites, sine fraude, sed non sine miraculo, & fortè cum risu singula singulis attribuit. Vates plurimis aliis fuit; ipse mortis suæ vatem longè nobilissimum Christum habuit, qui sexto die prius quam obiret, ALFERVM ad cœnam invitavit: condixit libens, & quod famam opsonaret, jejonus venit. Miracula mortuus continuavit, ex multis unum illis narrabimus, qui ex Veneris harâ ad Numinis aram accedunt, & heu! impurati epulo divino inter virgines mentes Angelos accumbunt. Fuit qui quoties sacram mensam frequenter parabat, somniorum intemperie absterreretur.

Eam

186 VITÆ SANCTORVM. 13. April.

Eam maculam et si nullâ sua culpâ contractam cum precibus, jejuniiis, confessione semper elueret, redibat tamen ad invitum illa, & et si scelus non esset, videbatur tamen esse. Tandem dormienti adfistere ALFERVS visus est, & fonti admotum sanctioribus undis lustrare, jamque contra Stygis ejusmodi vulnera eximum facere. O similis, inquis, fons mihi cureret! At si oculos habes, binos domi habes.

Altaria Domini non alienum sed divini duntur, Amoris ignem accipiunt. Quisquis igitur carnalis illecebre ignibus astuat, & sacris assistere mysteriis non timidat, sicut nunc astuamus luxuria. flammâ decoquitur, ita post modum gehenna incendiis consumetur. S. Pet. Dam. I. 1. ep. 6.

S. IVSTINVS M. 13. Aprilis.

IVSTINV^S Philosophus Palæstinâ oriundus literarum amator, varias in Philosophiâ sectas amplexus, Platonî tandem auscultare cœpit. Declinaverat fortè populi turbam, cum nescio quid ad mare secum meditatus, in hominem incidit, à quo immortalitatem & supplicia animorum edocetus, Christianam veritatem aspexit, eandemque adversus hostes acerrimè tutatus est, sanguinis & vitæ prodigus. Multa Iudæi Gentesque adversus Christi cultores machinabantur, quorum causam apud Cæsarum subsellia magnâ dicendi libertate tutatus, illud impetravit, ut Christiani deinceps, nisi maleficii convicti essent, innoxii vivent. Nobilis ingenii monumentum hodieque legitur; gloriæque est bonis literis hanc piam operam Christo Romæ impendisse, ubi melior numquam causa acta est, et si optimo ejus Patrono sanguine